

quum in hostium potestatem veniunt, desinunt esse talia: sicut homo liber, in servitutem redactus. Liberata vero ab hac calamitate, statum pristinum per jus postlimini recipiunt.

BIBL. 18'. *Lib. XII. tit. 1. dig. 5.* Ulpianus. Omne licitum jusjurandum, quod delatum praeſtatur, fervari debet: licet aliquis per superstitionem suam juraverit. *Dig. 33.* Ulpianus. Qui per salutem suam juravit, per Deum quidem jurare videtur: sed si jusjurandum ita non sit ei delatum, denuo jurat.

BIBL. 15'. *Lib. XVI. tit. 3. dig. 1.* Ulpianus. Si quidam de hereditate defuncti contendant, nec eorum aliquis illi caveat, qui apud se rem depositam habet; non cogitur depositarius, ut conveniri se patiatur: sed rem in Templo deponit, donec de hereditate judicatum fuerit. *Dig. 5.* Pauli. Quod depositum est apud sequestrum, ex justa causa, iudicis arbitratu, in Templo deponitur.

BIBL. 10'. *Lib. XVIII. tit. 2. dig. 63.* Pomponius. Si res communis consecrata fuerit, solvitur ejus nomine contracta societas.

Et sic reliqua a Balsamone collecta, quæ ad primum caput faciunt: nempe, *Lib. XVIII. tit. 1. dig. 5.* 6. 22. 73. *Lib. XXI. tit. 1. dig. 17.* *lib. XXIV. tit. 1. dig. 5.* 61. *Lib. XXVII. tit. 10. dig. 12.* *Lib. XXX. dig. 39.* *Lib. XXXI. dig. 88.* *thema 27.* *Lib. XXXIII. tit. 1. dig. 26.* *Lib. XXXIV. tit. 1. dig. 17.* & *tit. 2. dig. 37.* *Lib. XXXV. tit. 1. dig. 1.* *Lib. XXXIX. tit. 1. dig. 1.* & *tit. 3. dig. 1.* & *17.* *Lib. XL. tit. 7. dig. 4.* *Lib. XLI. tit. 2. dig. 30.* & *tit. 3. dig. 9.* *Lib. XLII. tit. 1. dig. 1.* & *2.* & *tit. 5. dig. 3.* & *5.* & *tit. 6. dig. 1.* & *tit. 8. dig. 2.* *Lib. XLIV. tit. 6. digest. 3.* & *tit. 7. dig. 1.* *Lib. XLV. tit. 1. dig. 26.* 38. 83. 91. 137. *Lib. XLVI. tit. 22. dig. 2.* *Lib. XLVII. tit. 4. dig. 1.* & *tit. 13. dig. 1.* 4. 6. 7. 9. 10. 14. *Lib. L. tit. 12. digest. 2.* *tit. 16. dig. 17.* definit in hæc verba. Ulpianus. *Sacra non referuntur inter publica.* Traditur autem in eo teſtu, quænam ſint publica.

Cap. 2. De Sacerdotibus. Lib. II. tit. 4. dig. 2. *ovla-*
tria-